

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas Nobiliß. Viro Georg Christoff Behren/ Patri
desideratissimo liberi orphani moestissimi paratas cupiunt, Omnes omnium
ordinum Cives Academicos ... in templo Mariano ... invitat ac hortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745847072>


Druck Freier  Zugang




Kleinschmid, J.,
in G. Chr. Behr.

Rost. 1638.

19.





PROGRAMMA

Quo

Ad
Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQVIAS

quas

Nobiliss. Viro

Georg Christoph Beh-
ren/ Patri desideratissimo li-
beri orphani mœstissimi pa-
ratas cupiunt,

Omnes omnium ordinum Cives Academicos hora
in templo Mariano studiose invitat
ac hortatur.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



Recedentem in hoc funebri ordine sa-
crum sequitur Gener Vir Nobiliss. strenuus ac
literis cultissimus Dn. Georg Christoff Behr
ex per antiqua nobilissima & celeberrima
multorum praestantissimorum virorum ra-
dice ac stirpe, ortus familia. Pater enim ei
fuit Nobilissimus, strenuus ac praestantiss. Vir Christoff Behr
hereditarius in Nustrow, Semlow & Lobbenik, qui crastino
die, volente Deo, filium hunc suum in exsequiali serie sepul-
crum secutus deducetur. Avus paternus fuit Nobilissimus
& Strenuus Vir Adam Behr / Pomerania Consiliarius provin-
cialis, in Nustrow / Semlow / Teuffelsdorff / Lobbenik &
Newhoff / hereditarius. Avia Paterna Nobilissima & Vir-
tutibus ornatissima femina Ilsebe Krackewitz / de domo Dick-
wig. Proavus primus paternus Heino Behr / in Nustrow /
Semlow / Teuffelsdorff vnd Lubbenik. Proavia prima pa-
terna Nobilissima & Praestantissima femina Dorothea Ha-
nen de domo Bapdow. Proavus alter paternus Nobiliss. &
Strenuus Vir Jasper Krackewitz Consiliarius Pomerania here-
ditarius in Dickwig. Proavia altera paterna Nobilissima femi-
na & Praestantissima Anna Bredowen de domo Kinsberg.
Mater hujus Nobilissimi pie defuncti viri fuit. Nobiliss. &
Praestantiss. femina Hedwig von Ribbeck / qua & ipsa crasti-
simis exsequiis ad sepulcrum deducetur. Avus maternus
fuit Reverend. Nobiliss. & Strenuus Vir Dn. Georg von Rib-
beck Compter zu Nemerow / Consiliarius Brandenburgicus,
Archipraefectus aulicus, supremus Capitaneus castris Span-
dow. hereditarius in Glienic / Durag vnd Segefild. Avia
materna Nobiliss. & praestantissima femina Anna Sparrent
de domo

de domo Lichtenfeldt. Proavus maternus primus Nobilissimus
& strenuus Matthias von Ribbecke hereditarius in Ribbecke
Hoppenrade & Durak. Proavia materna prima Nobilif-
sima & praestantissima faemina Hedewig von Sachow. Alter
proavus maternus Nobilissimus & strenuus Christoff Sparr
Electoralis Brandenburg. supremus aula praefectus, heredita-
rius in Lichtenfeldt/ & Prendern. Altera Proavia materna
Nobilis. & Praestantis. faemina Ilsebe Florke de domo Gleie-
neken. Ceteri majores fuerunt die Grabawen/ die Kardorfel
die Biereggen/ die Grabawen/ die von Dobbernige/ die von
Wulkowen / die von Kobel/ die von Arnimb. Ex ista perve-
tusta & tam nobili familia natus est hic Georg Christoff
Behr cum eribus fratribus & quinq; sororibus, partim ad-
huc superantibus, partim pie defunctis. Primo enim maxima
nata soror Virgo Ilsebe Behren/ & eo tempore minimus natu
frater Heino Behr spatio unius bidui variolis correpti in
Semmelow/ obierant Anno 1610. Tertius Hans Georg Behr
Anno 1614 pie obiit. Quartus Adam Behr Serenissima Regia
Majestatis Svec. Dn. GUSTAVI ADOLPHI Magni
Camerarius Anno 1629. pia & placida morte, in legatione
quam ad principes a Regia majestate sibi commendata obibat,
Lubeca decessit. Quinta Anna Nobilis. & Strenui Viri De-
to Ehun Consiliarij Provincialis in Pomerania hereditarij in
Schlemmin relicta vidua, quem ipsa intra annum vertentem
secuta est, hujus anni mense Febr. & crastino die agmen illud
funebre ad sepulturam claudet. Sexta Sophia Nobilis. &
Srenui p. m. Viri Christoff Heinrich von Swerin heredi-
tarij in Lorig & Pütenig relicta vidua. Septima Hedewig
Nobilis. & Strenui p. m. Viri Bert Behr hereditarij in
Wandelin/ relicta vidua. Octava Eva Catharina Nobilis.
& Strenui Viri Christoff von Dustin/ hereditarij in Bunsow
& Quilow uxor dilectissima qua cum duobus precedentibus
adhuc

adhuc incolumes, Dei gratia, supersunt, quos Deus, pater & fons omnis consolationis in hoc mœrore gravissimo Spiritus Sancti efficacia ut consoletur, & incolumes conservet, quo suis presidio esse possint, ex animo volumus atq; precamur. Ex his parentibus noster à uxore eius Georg Christoff Behr editus est in hanc lucem Anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, die decimoquinto February, & paulo post Redemptori ac Servatori suo per ordinarium Sacrosancti Baptismi medium adductus est, ut à labe originali lotus ac mundus verum Ecclesia Christiana membrum fieret. Educatus deinde à parentibus magna cura, & ad pietatem, aliasq; virtutes tam nobili generi convenientes assuefactus est. Huic parentum studio & sollicitudini, preceptores quoq; privati suam operam adjunxerunt, & præter pietatis doctrinam, initia artium liberalium puero ita tradiderunt, ut ex iis feliciter cognitis ac perceptis parentes de pueri indole conjecturam facile caperent, fore ut in virum aliquando evaderet, qui ipsi honori ac lætitiæ futurus esset. Quicquid ergo putabant ad hunc finem posse conducere, id ultero & sedulo fecerunt, neq; quicquam omnium intermittendum putarunt. Unde factum, ut Anno millesimo sexcentesimo decimo, una cum præceptore ad Academiam Lipsiensem mitteretur, in qua per annum, & eo amplius officio suo diligenter functus est: mature tamen cepit itinera sua auspiciari, & per Germaniam, ac Helvetiam contendere in Italiam, ut in Academia; Patavina, quod feliciter in Germania cœperat persequeretur: idq; fecit strenue, urgendo non solum studia Politicæ, Historica, Juridicæ, sed & linguarum peritiam sibi comparando, & equestria exercitia obeundo: in quibus omnibus ita profecit, ut à multis proceribus studiorum illic gratia commorantibus coleretur: atq; in pretio & honore summo apud eos esset. Inde Venetias concessit, & aliquandiu commoratus, urbes & castra in illo tractu visenda perlustravit,

stravit, atq; ita ad Urbem Florentinam perrexit, ut aulam Magni Ducis cognosceret, & in studio suo confirmatior evaderet: Romam deinde atq; adeo in Regnum & urbem Neapolitanam penetravit. Perlustrata diligenter Italia, & perceptis omnibus, qua observatione digna erant, per Allobroges in Galliam contendit, & primo quidem postquam aliquis Regni loca primaria peragrasset, Patavij substieit Lingua Gallica discenda causa, ut eo commodius, & utilius Lucretia Parisiorum versari, & equestribus exercitiis vacare posset. Inde revocatus domū à parentibus Angliam peragravit, ex Anglia Belgium tam regi Hispania, quam confederatis ordinibus subiectum transit, atq; ita Anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, ad parentes desideratissimus, & magna letitia exceptus, rediit, postquam totum quadriennium, magno cum emolumento peregrè consumsisset. Verum domi latere diu non potuit, cum Serenissimo Domino Electori Brandenburgico JOHANNI SIGISMUNDO virtutes ejus innotescerent, qui Camerarij munere functurum ad se vocavit: apud quem ita se gessit, ut in constanti gratia, & clementi favore, quam diu illic fuit, permaneret. Impetrata ab illo dimissione gratiosa ad Electoralem aulam Saxoniam perrexit, inde Pragam Bohemia, & quia belli Germanici incendium eo tempore gliscere incipiebat, in castra se contulit, eaq; sectatus est, cum aliter suum iter, quo ad parentes rediret, persequi non posset. Iterum igitur reversus domum talem se gessit, ut apud omnes quidem, in pretio, honore, & amore esset, à Principibus vero diversis conditiones non rejiciendas, cum sibi offerrentur, modestè declinavit, & magis id egit, ut parentibus, propinquis, & aliis privatis præsidio, honori, & emolumento esse posset. Nec tamen omnino omnem aula consuetudinem effugere potuit, cum Illustrissimus Princeps p. m. Dux JOHANNES ALBERTUS ad se vocatum honorificè acciperet, & aliquandiu secum retineret,

jam


jam tempus erat ex parentum voluntate, & consilio cogitan-
di de matrimonio, quod feliciter contraxit Anno millesimo sex-
centesimo vigesimo septimo, die decimosextimo Junij, cum No-
bilissima, & virtutibus ornatissima virgine Adelheit Bier-
eggen/ quae, proh dolor, ex aduerso iam posita una cum ipso ef-
feretur. Hanc ille vero, sincero & constantissimo amore, quã diu
vixit cum ea, prosecutus est, & ex eadem seu liberorum ma-
sculorum, & unius femella pater factus, nimirum Jochim
Christoff/ Adam/ Mattheias/ Heino/ Jurgen Hinrich/ Hans
Christian/ & Hedewig Margaretha/ ex quibus Jurgen
Heinrich eodem parentibus fato functus & junctus, eos ad
sepulcrum comitatus deducitur, ceteri tenelli orphani adhuc
superstites, parentum defunctorum ope, & praesidio destituun-
tur: Deus vero qui Patrem Orphanorum se proficitur suam il-
lis gratiam paternè largietur, ut ad sui nominis, & honoris
gloriam rectè educentur, & virtutibus ortu ac ordine suo di-
gnis, imbuantur atq; ornentur. Reliquam vitam quod spe-
ctat, vera plandè, & viva effigies fuit, piy, probi, & verè ge-
nerosi viri. Pietatem enim Christianam imprimis coluit, Deum
& Verbum divinum seriò dilexit, in precibus matutinis, &
vespertinis assiduus, cœtibus ecclesiasticis frequens interfuit,
ac sedulam operam dedit, ut ad voluntatem Dei, quantum hu-
mana assequitur cōditio congruenter, convenienterq; viveret:
Pietati modestiam adjunxit, non istam simulatam, & politi-
cam, sed veram, ac sinceram: pessimam quorundam consue-
tudinem, diras, & execrationes, tertio cuiq; verbo admiscen-
di ex corde detestatus est: quam pessimam consuetudinem ne-
scio cujus autoritatis gratia à multis hodie exerceri non sine
cordolio videbat, ac deplorabat. Longe aliam, ab hoc gene-
re vite, hic noster agebat. Cum enim Deus Opt. Max. mul-
tis eum virtutibus ornasset, lingvarum, Gallica, Italica, Hispa-
nica & Latina peritia, ac loquendo, & scribendo promptitu-
dine,


dine, Juris, & Historiarum cognitione, alijsq; instruxisset, nihil
lum, ob tantas virtutes fastum admisit, nullum supercilium
sustulit, sed unicuiq; honorem convenientem tribuere consue-
vit, ut omnes ab eo sibi satisfactum predicarent. Officiosus
quoq; erat, consilio, auxilio, studio, re ipsa nemini deerat, nihil in
se officij patiebatur desiderari, quod plurimi, vero testimonio
perhibent, & lumine cassum, licet nulla propinquitate conjun-
cti, luctu & lachrymis prosequuntur. Plura verè & mini-
mè oratorie commemorari possent, sed modus, ut in omni
re, ita in hac quoq; optimus, breves ut simus, præsertim inter
eos, quibus ista sunt cognitissima, nobis imperat. Restat ta-
men ultimus viri actus, qui totam ob oculos ponit, & felici
fine claudit: neq; enim nisi benè, & beatè mori, qui non nisi pi-
am, & vero Christiano dignam, vitam egit, potest. Postquam
enim Deus, pro sua providentia ipsi tanquam generoso athleta,
nec unum agonem, nec levem objecisset, dum ei primo parentens
charissimum, deinde, socrum dilectissimam, tum filiolum dul-
cissimum, deniq; charissimam conjugem, cordis sua dimidium
eripuit: quin & matrem, & sorores geminas, in corporis vale-
tudinem adversam coniecit, sane turbatus est haud leviter,
sed facile tamen sua virtutis & constantie memor, quas res
non in sua, sed summi Numinis potestate positas esse noverat,
has ejus Providentia, ut constantem, & vere Christianum vi-
rum decebat commenda vit. Qui ergo in adversa carissimo-
rum valitudine ac fortuna se invictum heroem præstiterat quo-
modo in suo ipsius periculo se ipsum desereret? Tulit igitur mor-
bum sibi divinitus immissum non aliter ac si videret alie-
num, corpore quidem in lectum dejectus, animo vero ere-
ctus DEUM cogitabat, in Servatorem suum & oculos &
mentem vera fide dirigebat, ac tanquam generosus athle-
ta CHRISTI fortiter pugnando coronam vite æ-
terna se adepturum confidebat.


Factus est Vir ge-
nerosus


nerosus voti sui compos, die 17. Februar. militavit bonam mili-
tiam, retinuit fidem & bonam conscientiam, adeptus est pro-
missam bene certantibus & vincentibus vita aeterna coronam,
sine sibi glorioso, verum superstisibus propinquis parum letabi-
li. His dixit auxiliij praesentiam & solatij efficaciam preca-
mur; Vos autem, Cives Academici, omnes & singulos horror,
ut ad hujus eximij viri funus frequenter ornandum ac dedu-
cendum conveniatis hora 3. in templo Mariano. Erit hoc nobis
honori, Generosis ac Nobilissimis propinquis, qui in tanti viri
obitu jure merito suam vicem dolent, solatio ac doloris leva-
mento, omnibus in memoranda mortalitate sua & salute Dea
commendanda emolumento. P. P. Rostochij die 13. Martij
Anno 1638. sub Sigillo Rectoratus.












dine, Juris, & Historiarum cognitione,
tum, ob tantas virtutes factum admisi-
sistulit, sed unicuique honorem convenie-
vit, ut omnes ab eo sibi satisfactam pra-
quoque erat, consilio, auxilio, studio, re ipsa
se officij patiebatur desiderari, quod plu-
perhibent, & lumine cassum, licet nulla
eti, luctu & lachrymis prosequuntur.
me oratorie commemorari possent, se-
re, ita in hac quoque optimus, breves ut
eos, quibus ista sunt cognitissima, nobis
men ultimus vitae actus, qui totam ob-
fine claudit: neque enim nisi bene, & beat-
am, & vero Christiano dignam, vitam
enim Deus, pro sua providentia ipsi tan-
nec unum agonem, nec levem objecisset, a-
charissimum, deinde, socrum dilectissima-
cissimum, denique charissimam conjugem
eripuit: quin & matrem, & sorores gen-
tudinem adversam coniecit, sane turb-
sed facile tamen sua virtutis & constanti-
non in sua, sed summi Numinis potestate
has ejus Providentia, ut constantem, &
rum decebat commenda vit. Qui ergo
rum valitudine ac fortuna se invictum hu-
modo in suo ipsius periculo seipsum deser-
bum sibi divinitus immisissimum non alite-
num, corpore quidem in lectum deject-
etus DEUM cogitabat, in Servatore
mentem vera fide dirigebat, ac tanqua-
ta CHRISTI fortiter pugnanda
terna se adepturum confidebat.



ffer, nul-
ercitium
conve-
officiosus
nihil in
simonio
conjun-
& mini-
in omni
minter-
est ra-
& felici-
n nisi pi-
ostquam
athletae,
arentem
um dul-
midium
ris vale-
leviter,
quas res
overat,
num vi-
risimo-
rat quo-
ur mor-
ret alie-
ero ere-
ulos &
s athle-
vita e-
ir ge-
erosus